



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Disp. CLXXXV. An omnes apparitiones Dei quæ factæ narrantur,
Angelorum ministerio factæ fuerint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

veras bestias, sed à demonibus in corporibus sub figura bestiarum assumptis, & alia huiusmodi exterius eis opera demonum vere apparere, ut docet *Victoria in relect. de arte magica num. 4. & 5. Caiet. 2. 2. q. 95. art. 2. & Alphonsus de Castro libr. 1. de insula hereticorum punitione c. 16. id quod ipse Alphonsus multis confirmat exemplis. Respondet autem ad illud cap. Concilij Ancyran, primum mulierum illarum sectam, cuius ibi fit mentio, non esse a-masuram, & de illis tantum dixisse, ea omnia, quæ de ipsis narrantur, in somniis solum, non autem re ipsa contingere: hoc tamen non video, quo fundamento nitatur. Respondet deinde, in canone solum definiti, mulieres illas decipi, putantes ea, quæ frequenter in somniis accidunt, revera fieri: ob id tamen non definiti, nunquā re ipsa, sed semper in spiritu ea contingere. August. etiam tantum dixit, hominibus, qui putant, se in bestias conuersos sub grati onere multum laborasse, id nunquam nisi in somno grati accidisse, ob rationem superius dictam: sed non propterea negat, aliquando alijs spectantibus aliquam apparere posse in bestiam conuersum, ratione corporis assumpti à demone sub tali figura, sicut plane docent *Alexand. 1. part. quest. 43. membr. 3. artic. 1. & Gabriel articulo tertio citato: id etiam fieri potest præstigijs, ut manifestum est.**

CAPVT IV.

De qua materia, & qua virtute corpora ab Angelis assumantur.

Restat, ut postremo loco dicamus, ex qua materia prædicta corpora ab Angelis assumantur, & qua virtute formantur, & aptentur, ut talis figura, & coloris appareant. Circa prius, omnia opinione, quam refert Bonauentura asserentium, corp⁹ illud esse celestis materiz, eo quod nullam habet speciem probabilitatis: inter ceteros Scholasticos aliqui putant, alia corpora assumi ex materia aeris crassi, & densati, qui formati potest, & sub colore apparere, sicut nubes. Ita docuit Durand. in 2. dist. 8. quest. 1. num. 7. & videtur idem asserere S. Thom. in hoc art. ad tertium. Ex ipso vero corpore aeris, ut nunc est in sua naturali dispositione ea corpora assumi posse docerunt *Alex. 1. lib. de quatuor coenit. 1. part. qu. 9 art. 11. in solut. argum.* ita ut boni de superiori aere, qui dicitur æther; mali vero de inferiori sibi corpora assumant: quæ videtur fuisse doctrina *Isidori lib. 1. de summo bono c. 12. num. 19. & Bedæ in 8. tomo lib. qq. 9. 9. probant vero, tum, quia aer præsto est, huiusmodi apparitiones subito fiant. Tum etiam quia cum relinquitur corpus ab Angelo non resoluitur in crassiorem materiam, sed euanesceat, ita ut statim non appareat: signum ergo est, ex ipsa materia aeris corpus illud fuisse desumptum.*

Contra vero Bonauentura in secundum dist. 8. 2. parte distinctionis art. 2. quest. 1. Ricard. artic. 1. q. 3. ad 3. Scotus q. 1. §. in ista questione, vers. nam tunc assumit, & Gabr. q. 1. art. 1. notat 1. censent, non ex puro aeris elemento sine vlla mixtione corpora ab Angelis assumi, eo quod subtilioris substantiæ sit, quam ut condensari possit, & figurari: nec ex corpore perfecte mixto, sed ex corpore quodam aereo cum aliqua mixtione crassioris substantiæ, quæ facile quoque euanesceat: id quod vero similis mihi videtur, nec vilo modo Sanctus

Thomas & Durand. negarent, cum virtus corporis in nubis, in qua non est sola substantia aeris, sed alia etiam permixta, qua crassior efficitur: imo vero de *Isidoro, Bedæ, & alijs non satis collat, de puro aere loqui. Hoc tamen intelligendum est, ut Scot. notauit, de corporibus illis, quæ statim ut relinquuntur, euanescent, Nam contingit interdum spiritus assumere alia corpora naturalia, ut corpus serpentis in paradiso, vel alterius animalis. Idem autem *Tertull. lib. de carne Christi c. 3. dicit, Angelos assumere corpora de nihilo, & ea in nihilum conuertere, quia de subtili quadam substantia assumunt: idem dicendum de corpore columbæ, in quo spiritus sanctus visus est.**

De formatione vero corporis docent *Bonauent. Ricard. Scotus, Durand. & Gabr.* sola condensatione fieri, quæ sola compressione, & motu locali partium intra se ipsas fieri potest. M. hi tamen occultum adhuc est, quomodo hæc corpora figurantur: nam cum compressio, & condensatio aeris sit causæ frigoris in aere, ut videmus in aere labijs, vel alia ratione compresso, statim frigus naturaliter sentiretur: nihilominus tactui appareat, ac si esset aliter viuentis, & sentientis temperamenti: figurum ergo est, alia ratione nobis quidem occurrere, fieri, in qua indaganda nimium immorari, impediens est.

De virtute vero, qua hæc corpora assumuntur, & præparantur, varie quoque Doctores sentiunt. S. Thom. in solut. 3. & Petrus Bergeus in consensu locorum dub. 17. censent, virtutem Dei fieri. *Alexand. 1. part. q. 3. 4. membr. 5. asserit, corpus assumendum, ab Angelo præparari, sed à Deo ultimo formari. Ceterum qualis sit hæc præparatio, & quomodo fiat, non explicat. Probabilis videtur, ut docent Albertus loci citatis, & Bonau. q. allegata, ad vlt. fieri, ab Angelo propria virtute. Sic etiam supponere videtur Scotus, & Gabriel, cum asserant, sola condensatione figurari: cum enim condensatione solo motu compressionis fiat, quem potest Angelus propria virtute efficere; consequitur, propria virtute posse ab Angelo corpus assumi. Et quoniam non sola condensatione id semper fieri potest: tamen aliquando Angelus applicatione aliarum causarum naturalium talia corpora perficere, ut assumantur. Id autem existimo probabilis: nam cum mali etiam angeli ad pessimos fines corpora assumant, non est vero simile, Deum propria virtute illa formare, & solum ipso dæmone ut instrumento vi.*

DISPV. CLXXXV.

An omnes apparitiones Dei, quæ factæ narrantur, angelorum ministerio factæ fuerint.

Non omnes apparitiones ministerio angelorum factæ sunt, nonnulli vates existimant, cap. 1. Deum semper in vtroque testamento ministerio angelorum apparuisse, verior opinio fert, c. 2.

CAPVT I.

Non omnes apparitiones ministerio angelorum factæ sunt, nonnulli vates existimant.

Cum in veteri & nouo testamento sæpius hominibus apparuerit, non satis inter Ecclesiæ Patres in dubitatum est. Vtrum Deus ipse proxime, an loco illius, Angelus in eo corpore apparuerit. Nonnulli existimant

17.

D. Thom.

Alexand.
Gabriel.Isidori.
Bedæ.

18.

Bonauent.
Ricard.
Scotus.
Gabriel.

exillimant, non omnes huiusmodi apparitiones, etiam in veteri testamento, ministerio Angelorum factas fuisse: ita affirmant Euseb. 1. de demonstrat. Euangel. c. 5. & lib. 5. ca. 10. & 1. Chrysost. homil. 16. in illa Apostoli in illa verba c. 7. Expleti anni quadraginta, & Theophylact. in eundem locum, cum asserunt, Deum per seipsum sine vilo Angelorum ministerio apparuisse Moysi, & cum eo locutum fuisse. Consentire videntur Tertull. in lib. contra Iudeos c. 9. post medium: & Ambrosius in illud ad Colos. 1. Qui est imago dei inuisibilis, qui docent, non Patrem, sed filium Dei Moysi apparuisse, & locutum cum eo fuisse: idemque de filio dixerunt Euseb. Chrysost. & Theophyl. refertur quoque pro hac sententia Leo 1. Epist. 13. quæ est ad Pulcheriam Augustâ, ubi ait, filium Dei apparuisse Patriarchis, & hospitalitatis officia ab eis recepisse. Idem dicit Clemens Rom. lib. 5. conf. c. vi. Ceterum præter Euseb. Chrysost. & Theophyl. nullus alius expresse negat, ubi Angelum fuisse, & ministerio illius eas apparitiones factas fuisse. Probatantem potest Euseb. Chrysost. & Theophyl. sententia, quia ille, qui Moysi apparuit, aperte dixit, se esse Deum, & alia de seipso pronuntiavit, quæ soli Deo conuenire possunt: cur ergo dicere debemus, illum fuisse angelum: præsertim cum Scriptura, ubi reuera angelus apparebat, aperte dicat, non dominum, sed angelum apparuisse? Ex recentioribus Theologis solum legi Clithouæum in cap. 17. lib. 4. Damasc. de fide, qui affirmet, in nouo saltem testamento Deum aliquando sine vilo Angelorum ministerio per seipsum apparuisse.

CAPVT II.

Deum semper in vtroque testamento ministerio Angelorum apparuisse, verior opinio fuit.

M Agis communis, & verior sententia est, quæ allerit, Deum semper in vtroque testamento ministerio Angelorum apparuisse. De apparitionibus in veteri testamento factis, sic sentit Augustinus 3. de Trinitate cap. 11. ubi ex professo hanc questionem disputat. Negi oppositum docet in Epistola 111. cum inquit ex sententia Hieronymi, Nazian, & Ambr. Deum aliquando in forma visibili Patribus apparuisse: ibi enim non negat, id factum fuisse ministerio Angelorum. Referuntur pro hac sententia Dionys. Hieron. & Greg. verum hi Patres non dicunt, Deum semper in veteri testamento ministerio Angelorum omnibus apparuisse: sed de aliquibus id docent, quibus dicitur Deus apparuisse: inde tamen recte nostra sententia confirmatur. Si enim ubi Scriptura dicit, Deum apparuisse, & locutum fuisse, hi Patres affirmant ministerio Angelorum factum fuisse, consequitur, vbi que etiam eodem modo apparuisse, refertur etiam Dionys. 4. c. de diu. nomin. parum post prædictum: sed ibi tantum inquit, angelos esse quasi diuini silentij interpretes. Clarius loquitur pro hac sententia c. 4. de cælesti Hierarch. non longe ab initio, ubi de substantiis spiritualibus ita scribit. Angelorum præcipue nomine appellantur, propterea, quod primum in eis inuis divina illustratio, ac per eos ad nos perueniant ea, quæ naturam nostram superant, patefacientes. Subdit deinde, antiquos patres ab angelis eruditos, ante legem ad veritatis notitiam peruenisse, legem ipsam per angelos accepisse, & Deum a nemine Sanctorum vniquam visum fuisse, sicut ipse est, sed per quasdam visiones eorum sensibus accommodatas, de quibus subiicit hæc verba. Hæc

Isidorus in 1. p. tom. 2.

autem diuinas visiones clarissimi illi Patres nostri celestium virtutum opera didicerunt. Docet etiam, legem fuisse Moysi per angelos promulgatam.

Deinde Hieronymus in illud ad Galat. 3. Ordinata per Angelos, fatetur legem per angelos etiam Moysi traditam fuisse. Consentit Cyrill. lib. 8. Theophrasti ca. 2. post medium. Demum Greg. 18. moral. c. 2. docet Deum aliquando in terrenis substantiis per angelos etiam loqui, sicut Balaam corripuit per os asine: aliquando in cælestibus substantiis per angelos etiam loqui, ut cum in nube dixit Matth. 3. & 18. Hic est filius meus, &c. aliquando in terrenis, & cælestibus substantiis simul per angelos loqui, veluti cum Moysi in igne & rubo per angelum locutus est: ubi de apparitionibus sub vtroque testamento Greg. docet, ministerio Angelorum factas fuisse. His etiam addere possumus Rabbinum Moysen Monium in lib. More Nebuchin. hoc est, Doctor perplexorum par. 2. ubi, quod spectat ad apparitiones factas in veteri testam. cum prædictis patribus conuenit. Hæc sententia vnica ratione inductione collecta facile probatur hoc modo, si quando Deus per se absq; vilo Angelorum ministerio apparuisse, maxime cum Scriptura narrat, Deum locutum fuisse, & cum inducit verba non quasi angeli, sed quasi ipsius dei per seipsum loquentis: sed tunc etiam ministerio Angelorum Deus apparuit, & locutus est: ergo iudicare debemus, semper eodem modo factum fuisse, Primum quidem lex dictata fuit Moysi ministerio Angelorum, quamuis cum Moysen Deus, quasi per seipsum tunc loqueretur, & Moyses cum eo, qui apparebat, tanquam cum deo sermonem haberet: imo ipsum etiam ut Deum non solum Moyses, sed totus populus Exod. 19. Exod. 19. adoraret, sicut præter Dion. Hieron. Aug. & Cyrill. superius commemoratos, qui id aperte testantur, ex ipso textu Pauli non obscure colligi videtur. Dicit enim ad Galat. 3. Ordinata (scilicet) per angelos in manu mediatoris, hoc est, Moysi qui fuit mediator inter Deum, & populum: ex quo loco Aug. suam sententiam comprobatur. Et ad Hebr. 2. Si enim quis per Angelos dictus est sermo factus est firmus, & omnis prauaricatio, & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem, &c. Verum quamuis Chrysost. hom. 3. in Epist. ad Hebr. & Theophyl. in illud ad Galat. 3. prædicta testimonia de lege intelligant, asserunt tamen id eo dici ordinatam per angelos, quia ipsi legis promulgationi interfuerunt, tanquam testes tubas personantes, dum tonitrua, & alia signa eorum ministerio fiebant. Deinde idem Chrysost. in illum locum ad Galat. 3. & Occumen. dicunt, per angelos ibi sacerdotes intelligi, qui legem populo promulgauerunt. Theodor. autem in vtrumque locum, factetur ministrantibus angelis legem fuisse latam: at vero quodnam fuerit eorum ministerium, non explicat. Ratio etiam illis videtur suffragari, quia non apparet, quomodo plures ad dicendam, seu scribendam, & promulgandam legem concurrere potuerint. Denique Chrysost. Theophyl. illud ad Heb. intelligunt etiam de aliis annuntiationibus per angelos factis in veteri test. quarum transgressores debitas penas luerunt: sicut contigit cum angeli annuntiarent Lothi & vxori illius subuersionem Sodomorum, & præceperunt ne retro aspiceret: qui sermo adeo firmus fuit, ut vxor Loth cum transgressa in statuam salis conuersa fuerit. Hinc autem recte arguit Paul. maiori pena eos dignos esse, qui abundantem Euangelij salutem neglexerint.

○ 3 Nihilō

Nihilominus planior videtur sensus locorum Pauli, si dicamus, legem ipsam dictatam fuisse ministerio angelorum: quo testimonio Patres superius memorati in hanc sententiam adducti fuerunt. Et quamvis vnus Angelus sufficeret, vt loqueretur, aut scriberet legem: dicuntur tamen multi ministrasse, eò quod eorum opera multa alia in promulgatione legis facta fuerunt.

Secundo probat August. Dominum apparuisse Abrahamo ministerio angelorum Gen. 17. quando cum eo pepigit fœdus circumcisionis, & ipse promissionem accepit benedictionis plurimarum gentium in seipso. Tunc enim dominum illi apparuisse, testatur Stephan. Act. 7. quia c. 8. dicitur dominus apparuisse Abrahamo ad illicem Mambræ, & cum eleuasset oculos, vidisse tres viros in ipso æstu dici, & dixisse, Domine Deus: manifestum autem ex cap. sequenti est, eos tres angelos fuisse; dicitur enim, relicto Abrahamo angelos intrasse Sodomam. Ceterum ex hoc loco non multum possumus virgere aduersarios; cum enim scribitur Gen. 18. tres viros apparuisse, non refert Scriptura, omnes tres loquutos fuisse in nomine, & persona Dei, sed vnum tantum ex illis, quem possent aduersarij contendere fuisse ipsum Deum, & veluti dominum aliorum apparuisse, cum quo etiam Abrahamus tanquam cum principe & domino videtur tantum loquutus, cum dixit, Domine si inueni gratiam, &c. Vnde & cap. sequenti non legimus, venisse tres angelos Sodomam, sed duos tantum. Venerunt itaque (dicit Scriptura) duo Angeli Sodomam. Posset ergo quis dicere, duos illos Angelos missos fuisse à Domino, qui inter eos, vt princeps apparuit.

Tertio probat August. ex illo Gen. 21. vbi Scriptura dicit, Agar existenti in solitudine apparuisse Angelum domini, qui plane in persona Dei loquebatur his verbis, Tolle puerum; & tene manum illius, quia in gentem magnam faciam eum. Hæc enim conuenire Angelo non possunt, nisi quatenus personam Dei gerit.

Quarto ex illo Genes. 22. vbi dicitur Dominus apparuisse Abrahamo, & præcepisse immolationem filij sui, Domini enim verba sunt illa, Nunc cognoui quod timeas dominum, & non peccasti vniuerso filio tuo propter me: & tamen ille fuit Angelus; dicitur enim, Cum veller Abraham immolare, apparuit ei Angelus de celo, & clamauit, &c.

Quinto clarius probatur ex illo Exod. 3. vbi dicitur dominus apparuisse Moyfi in tubo, & in igne, & Exo. 19. locutus fuisse dominum cum Moyse in monte Syna. Act. vero 7. Stephanus narrans historiam hæc inquit, Expletis annis quadraginta apparuit illi in deserto montis Syna Angelus in igne flammæ rubi, & factus est ad eum vox domini. Ego sum Deus Patrum tuorum, quæ verba idem dixit, qui apparuit in tubo. Et infra idem Stephanus inquit, locutum fuisse Moysem cum Angelo in monte Sinæ cum tamen Scriptura nunquam locutionem Moyse cum Angelo, sed cum domino referat; signum ergo est, Angelum in persona Dei apparuisse.

Postremo Gen. 31. Iacob narrauit vxoribus suis somnium his verbis, dixitq; Angelus Dei ad me in somniis, Iacob: & ego respondi, adsum, & postquam ad eum loqui cepit, dixit, Ego sum Deus Bethel, &c. vbi ille qui dictus est Angelus, vt dominus loquebatur, si ergo in ijs locis, vbi dicit Scriptura, dominum apparuisse, constat Angelum fuisse in per-

sona Dei loquutum: signum est, omnes domini apparitiones ministerio Angelorum factas fuisse.

Respondent nonnulli ideo illam, qui apparuit Iacob, & Moyfi, dictam fuisse Angelum, cum reuera Deus esset: quia erat Dei verbum: dictus fuit autem Angelus, quia verbum Patris Angelus eius est, iuxta Eia. cap. 9. secundum translationem 70. qui filium Dei magni consilij Angelum appellauit. Ita respondet Euseb. lib. 5. demonstrat. Enang. c. 10. & lib. 1. cap. 5. cuius interpretationem sequuntur Chrysost. homil. 16. in eia. Apostol. & Theophyl. lib. 1. de theodoretus q. 5. in Exod. Ihuor. lib. 1. de summo cap. 12. num. 23. & Beda tomo 8. in libro qq. q. 9. post medium: imo addit Ildor. quoties in Scriptura Angelus introducit, loquens, vt Deus, semper intelligi filium Dei. Eodem modo explicat Cyrillus lib. 2. aduersus Iudeos testimonium illud Genes. 1. & illud Gen. 22. quando Angelus apparuisse dicitur Abrahamo, & in persona Dei deinde locutus, & Ildar. 3. de Trinit. post med. & lib. 12. doctores foliis ante finem sic intellexit apparitione factam Agar. atque hac ratione in Concil. Sirmien. c. 6. ius canones refert Ildar. in lib. de synodo cap. 9. dicitur, Si quis cum Iacob non filium, quasi hominem uisum, sed Deum inuiscibilem vel patrem eius dicat, anathema sit, consonat etiam Theodor. q. 9. in cons. explicans apparitionem, quæ Iacob in ea lucta dicitur uidisse filium Dei.

Hæc tamen interpretatio mihi non probatur: cum enim omnis effectus extra Deum iconomunis toti Trinitati, tunc solum vna personæ alia dicitur apparere, cum vna significatur alia, vt sub specie columbe, & in linguis ignis persona Spiritus sancti, sed in his apparitionibus non magis vna persona, quam alia significatur: ergo non magis vna quam alia apparebat. Tamen etiam nullibi in Scriptura legimus, Filium Dei secundum diuinam naturam vocari angelum: cum illo loco Isaie de ipso secundum humanitatem Scriptura loquitur, & dicitur Angelus, quia fuit Patris nuntius. Illud autem Concilium Sirmien. se nullius esse momenti disputat. 109. cap. 5. notatum est.

De apparitionibus vero in nouo testamento factis non video peculiarem esse rationem. Cum enim omnes in veteri ita factæ fuerint, propter Dei maiestatem, eadem ratione in nouo fieri debent. Solum euangelica lex hoc præstat antiquæ, quod in ea verbum apparere dignatum est in propria carne.

ARTICVLVS III.

Utrum Angeli in corporibus assumpti exerceant opera vitæ.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quod Angeli in corporibus assumpti exerceant opera vitæ.

Angelos enim veritatis non decet aliqua fictio, esset autem fictio, si corpus ab eis assumptum, quod vitæ videtur, & opera vitæ habens, non haberet huiusmodi. Ergo Angeli in assumpto corpore opera vitæ exerceant.

2. Præterea. In operibus Angeli non sunt aliqua frustra: frustra autem in corpore assumpto per angelum formarentur.

tur oculi, & nares, & alia sensuum instrumenta, nisi per ea angelus sentiret. Ergo angelus sentit per corpus assumptum. Quod est propriissimum opus vitæ.

3. Præterea. Moueri motu processiuo est vnum de operibus vitæ, vt patet in 2. de anima, manifeste autem angeli apparent in assumptis corporibus moueri. Dicitur enim Genes. 19. quod Abraham simul gradiebatur deducens angelos, qui ei apparuerant. Et angelus Tobie quærenti, Nosti viam quæ ducit in ciuitatem Medorum? respondit, Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulauimus. Ergo angeli in corporibus assumptis frequenter exercent opera vitæ.

4. Præterea. Locutio est opus viuientis. Fit enim per vocem, quæ est sonus ab ore animalis prolatus, vt dicitur in 2. de anima. Manifestum est autem ex multis locis Scripturæ angelos in assumptis corporibus locutos fuisse. Ergo in corporibus assumptis exercent opera vitæ.

5. Præterea. Comedere est proprium opus animalis. Vnde Dominus post resurrectionem in argumentum resumptæ vitæ cum discipulis manducauit, vt habetur Lucæ vlti. Sed angeli in assumptis corporibus apparentes comederunt & Abraham eis cibos obtulit, quos tamen prius adorauerat: vt habetur Genes. 18. Ergo angeli in assumptis corporibus exercent opera vitæ.

6. Præterea. Generare hominem est actus vitæ. Sed hoc competit angelis in assumptis corporibus. Dicitur enim Genes. 6. Postquam ingressi sunt filii Dei ad filias hominum: illæque genuerunt, isti sunt potentes à seculo viri famosi. Ergo angeli exercent opera vitæ in corporibus assumptis.

Sed contra. Corpora assumpta ab angelis, non viuunt, vt supra dictum est. Ergo nec opera vitæ per eos exerceri possunt.

Respondet dicendum, quod quædam opera viuientium habent aliquid commune cum aliis operibus. Vt locutio, quæ est opus viuientis, conuenit cum aliis sonis inanimatorum, in quantum est sonus: & progressio cum aliis motibus, in quantum est motus. Quantum ergo ad id, quod est commune vtriusque operibus, possunt opera vitæ fieri ab angelis per corpora assumpta: non autem quantum ad id, quod est proprium viuientium: quia secundum Philosophum, in libro de som. & vig. cuius est potentia, eius est actio. Vnde nihil potest habere opus vitæ, quod non habeat vitam,

quæ est potentiale principium talis actionis.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut non est contra veritatem, quod in scriptura intelligibilia sub figuris sensibilibus describuntur: quia hoc non dicitur ad adstruendum quod intelligibilia sint sensibilia, sed quod per figuras sensibilibus proprietates intelligibilium secundum similitudinem quandam dantur intelligi ita non repugnat veritati sanctorum angelorum, quod per corpora ab eis assumpta videntur homines viuentes licet non sint. Non enim assumuntur, nisi vt per proprietates hominis, & opera hominis, spirituales proprietates angelorum, & eorum spiritualia opera designentur. Quod non ita congrue fieret, si vero homines assumerent: quia proprietates eorum, ducerent in ipsos homines non in Angelos.

Ad secundum dicendum, quod sentire est totaliter opus vitæ. Vnde nullo modo est dicendum quod angeli per organa assumptorum corporum sentiant: nec tamen superflue sunt formata. Non enim ad hoc sunt formata, vt per ea sentiantur, sed ad hoc vt per huiusmodi organa virtutes spirituales angelorum designentur: sicut per oculum designatur virtus cognitiua angeli, & per alia membra alia virtutes, vt Dionysius docet vi tim. capite Hierarch.

Ad tertium dicendum, quod motus qui est à motore coniuncto, est proprium opus vitæ. Sic autem non mouentur corpora assumpta ab eis, quia angeli non sunt eorum formæ. Mouentur tamen Angeli per accidens, motis huiusmodi corporibus: cum sint in eis sicut motores in mobilibus, & ita sunt hic, quod non alibi. Quod de Deo dici non potest. Vnde licet Deus non moueatur motis his in quibus est, quia ubique est: angeli tamen mouentur per accidens ad motum corporum assumptorum. Non autem ad motum corporum celestium: etiam si sint in eis, sicut motores in mobilibus: quia corpora celestia non recedunt de loco secundum totum. Nec determinatur spiritui mouenti orbem, locus secundum aliquam determinatam partem substantiæ orbis, quæ nunc est in Oriente, nunc in Occidente, sed secundum determinatum situm: quia semper est in Oriente virtus mouens, vt dicitur in 8. Physic.

Ad quartum dicendum, quod Angeli proprie non loquuntur per corpora assumpta, sed est aliquid simile locutioni, in quantum formant sonos in aere simili.

les vocibus humanis.

Ad quintum dicendum, quod nec etiam comedere proprie loquendo, angelis conuenit, quia comestio importat summptionem cibi conuertibilis in substantiam comedentis. Et quamuis in corpus Christi post resurrectionem, cibis non conuerteretur, sed resoluatur in præiacentem materiam: tamen Christus habebat corpus talis naturæ, in quod posset cibis conuerteri. Vnde fuit vera comestio. Sed cibis assumptus ab angelis neque conuertebatur in corpus assumptum, neque corpus illud talis erat naturæ, in quod posset alimentum conuerteri. Vnde non fuit vera comestio, sed figuratiua spiritualis comestionis. Et hoc est, quod angelus dixit Tobie 12. cum essem vobiscum, videbar quidem manducare & bibere, sed ego potu inuisibili, & cibo vtor. Abraham autem obtulit eis cibos, existimans eos homines esse, in quibus tamen Deum venerabatur, sicut solet Deus esse in Prophetis, vt Aug. dicit. 16. de Ciuit. Dei.

Ad sextum dicendum, quod sicut Aug. dicit 15. de Ciuit. Dei, Multi se expertos, vel ab expertis audiuisse confirmant, Syllanos & Faunos (quos vulgus incubos vocat) improbos saepe extitisse mulieribus, & earum experisse atque percessisse concubitu. Vnde hoc negare impudentiæ videtur. Sed angeli Dei sancti nullo modo sic labi ante diluuium potuerunt. Vnde per filios Dei intelliguntur filij Seth, qui boni erant. Filias autem hominum nominat Scriptura eas, quæ natæ erant de stirpe Cain. Neque mirandum est, quod de eis gigantes nasci potuerint. Neque enim omnes gigantes fuerunt, sed multo plures ante diluuium quàm post. Si tamen ex coitu damoni aliqui interdum nascuntur, hoc non est per semen ab eis decissum, aut à corporibus assumptis, sed per semen alicuius hominis ad hoc acceptum, utpote, quod idem demon, qui est succubus ad virum, fiat incubus ad mulierem: sicut & aliarum rerum semina assumunt ad aliquarum rerum generationem (vt Augustinus dicit 3. de Trinitate) vt sic ille, qui nascitur, non sit filius damonis, sed illius hominis, cuius est semen acceptum.

Explicatio Articuli.

30.

CONCLUSIO est, Quod attinet ad id, quod proprium est viuientium, Angeli non possunt exercere opera vitæ secundum id vero, quod commune est operibus viuientium, & non viuientium, ea exercere possunt. Docere vult sanctus Doctor, posse produci ab angelo in corpore viuente actionem aliquam, quæ exterius similis sit actioni vitæ, cum tamen reuera non sit, qualis est locutio, & deambulatio.

ARTIC. III.

Actio enim vitalium duplex genus est. Alterum earum, quæ secundum substantiam suam nequeunt esse, nisi à vita, quales sunt operationes sensuum; & hæc actiones in corpore assumpto fieri non possunt ab angelis: & in hoc plane conveniunt Doctores in 2. d. 8. generationem vero de qua posset esse aliqua difficultas propter damones incubos, qui ad mulieres accedentes generare possunt, docent fieri non posse in corpore assumpto, nisi deferendo aliunde semen in, sicut conuenire possunt applicando ignem materię, quod reuera non esset generare: nam generare est ex substantia propria semen decidere, cuius virtute in matrice mulieris proles fiat: hoc autem factum confirmatum manet, supra disp. 178. c. 5.

Alterum genus operationum vitalium, est earum, quæ secundum substantiam fieri possunt à principio non viuente, licet non quod modum; sicut locutio, deambulatio. Vocamus autem modum harum actionum, respectum illam peculiaritatem, quem habent ad tale principium, substantiam vero actionum, motum ipsum. De his ergo inquit S. Thom. esse posse, quoad substantiam ab angelo in corpore assumpto, quia secundum illam & assimilantur actionibus non viuientium, & cum illis conveniunt, non autem secundum modum peculiaritatem, quo sunt à viuentibus.

DISPUTATIO CLXXXVI.

An operationes vitæ posterioris generari possint ab Angelis in corporibus assumptis.

Varia scholasticorum placita, cap. 1.

Vera sententia, cap. 2.

CAPVT I.

Varia scholasticorum placita.

DE operationibus prioris generis nullus haec dubitauit, sed omnes ingenue fatentur, fieri non posse ab angelo in corpore assumpto, neque secundum modum, neque secundum substantiam: nam quamuis nutritio secundum substantiam, quæ est conuersio cibi in substantiam viuientis à Deo fieri queat; tamen ab angelo fieri non posse, nulli dubium est. Difficilis solum est de operationibus posterioris generis, vitæ secundum substantiam, & modum; an secundum substantiam tantum ab angelo in corpore assumpto procedere possint. In qua difficultate prima opinio est Durandi in 1. disp. 8. quest. 2. num. 5. vbi docet, nec deambulationem, quam motum proprium philosophi vocant; nec locutionem proprie conuenire posse angelo in corpore assumpto, sed aliquid, quod simile est voci, & deambulationi. Videtur itaque, nec secundum modum, nec secundum substantiam has operationes angelis tribuere. Fundamentum huius opinionis tradidit in ea quest. num. 4. quia actio viuientis beneficiam dicitur, vno modo, quia est solum à viuente, vt à principio, & hoc non sufficit, vt dicatur simpliciter & proprie actio viuientis. Alioqui & projectio lapidis, quæ fit à viuente, proprie dici posset actio viuientis, hoc autem modo omnia, quæ sunt ab angelo in corpore, dici possunt operationes viuientis, improprie quidem, & latiori significatione. Altero modo potest proprie dici operatio

176. de Ciuit. Dei cap. 25. à medio tom. 9. L. 15. de Ciuit. ea 23. parum à prin. 10. 5.

21. de Trinit. cap. 8. & 9. som.